Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tionem linguae sibi esse testatur. Caro. ecclesiam significat. quae requiescit in monte ad tempus in spe futurae resurrectionis ⁊

est cor meum & exultauit lingua mea. ÷ insuper: & caro mea requiescet in spe ⁊

Ecce filius gratias agit patri quia eius anima non sit more communi in inferno derelicta. sed clarificata celeri resurrectione, hic corruptionem id est putredinem iustinegat fieri quae carnem consumit humanam. Caro enim xpi non potuit corrumpi ⁊

Quoniam non derelinques animam meam in inferno. nec dabis scm tuum uidere corruptionem ⁊

Vox iustorum. notas mihi fecisti. id est me fecisti cognoscere mandata xpi. Tunc erit plena laetitia cum adunatum fuerit corpus id est ecclesia in regno di ubi speculatur uultus di. In dextera sua dicit. quoniam nullatenus a paterna contemplatione discessit ⁊ finis significat perfectionem atque aeternitatem ⁊

Notas mihi fecisti uias uitae. adimplebis me laetitia cum uultu tuo. delectationes in dextera tua ÷ usque: in finem ⁊

Oratio dauid. Iste psalmus cantatur contra iudaeos ex persona xpi. uel contra hereticos ex persona ecclesiae ⁊

ORATIO DAUID. ⁊

Trifaria oratio ab humanitate xpi in hoc psalmo depromitur. primo secundum iustitiam suam sibi petit debere restitui. secundo ut a iudeorum insidiis eius puritas liberetur. tertio resurrectionem uelocissimam deprecatur. ne inimicis diutius liceat insultare ⁊

Vox xpi. in passione petit exaudiri iustitiam suam. quia oboediens fuit patri usq. ad mortem. Inter deprecationem et orationem differentia est. Oratio sanctior est quae fit pro deuotis. Deprecatio enim pro suis peccatis uel alienis ⁊

EXAUDI DNE IUSTITIAM MEAM. intende deprecationem meam ⁊

Orat enim filius ex infirmitate carnis. non ex diminutione ditatis ut exaudiatur quod rogat. non in la

Auribus percipe ora